



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

Lugduni, 1652-1663

7. De petitione, ac redditione coniugali Debiti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80577)

ditione si
Papa dis-
pensauit,
rit, valida
sunt.

reiciuntur: imò huiusmodi cōsanguineos incur-
re excommunicationem latam, in Clementina
Unica de cōsang. sed crediderim, sponsalia inter
eos, qui habet aliquod impedimentum dirimens,
etiā valida esse, apposta conditione: si Papa dis-
pensarit. Quia huiusmodi sponsalia respiciūt Ma-
trimonium licitum, nam licet de se sit prohibi-
tum, sit licitum ex dispensatione: & sponsalia nō
ordinantur quomodocumque ad ipsum, sed vt
stat sub dispensatione, atque adeo vt licitum. Et
ratione conditionis suspenditur obligatio, quam
inducunt, vsque ad tempus, quo impletur con-
ditio: vnde sponsalia pro vt inductiua obligatio-
nis, habent tractum veluti successuum, quo du-
rant, quovisque apponitur conditio, atque adeo
quovisque sit licitum Matrimonium. Ponti. l. 3.
c. 15. n. 4. Præposit. de Matrim. q. 9. dub. 3. num. 25.
Mercer. in suplem. 3. p. q. 43. d. 1.

81
De condi-
tione im-
pertinenti.

Porro Sotus in 4. dist. 29. q. 2. a. 3. censuit cō-
ditiones impertinentes haberi pro non adiectis
in Matrimonio, sed nullo iure probat. Quare
censurim, Matrimonium contractum sub con-
ditione impertinenti de futuro non esse validū,
antequam verificetur conditio: validum verò
esse, ea verificata, & ad impleta. Quia omnis
conditio iure non improbat potest Matrimo-
nio apponi: sed hæ conditiones impertinentes
nullo iure reprobantur: Ergo possunt valide ap-
poni. Conditio autem impertinens est si quis
dicat: Duco te in vxorem, si agnovero te bene
morigeratam, vel Pulchram ab aliis existimari.
Sanch. l. 5. d. 18. Gutier. c. 82. n. 31. Bonac. de ma-
trim. q. 2. pun. 10. n. 24.

82
In consue-
tione foro
standum est
intentioni
contrahentis
sub condi-
tione, qua-
liscumque
conditio sit.

In conscientia foro standum est intentioni
contrahentis Matrimonii sub conditione qua-
liscumque illa sit, id est, quamvis Ecclesia iudi-
cet verum esse Matrimonium, quando conditio
est necessaria, turpis, aut impossibilis: præsumit
enim minime defuisse consensum, huiusmodi
conditionibus adiectis. Vnde si contrahens no-
luit inire Matrimonium, nisi eneniente conditio-
ne, non erit Matrimonium ante illius enentum;
& si nunquam evenire possit, quia impossibilis
est, nunquam erit Matrimonium. Quia Matrimo-
nium nullatenus esse potest absque consen-
su. Quando autem dubius est animus apponen-
tis conditionem, standum est præsumptioni fori
externi, & reiecta conditione, iudicandum erit
Matrimonium esse quando Ecclesia sic iudicat.
In dubio autem pro utroque foro, pro Matrimo-
nio est iudicandum. Filliuc. tr. 10. n. 136. Syluest.
v. Matrimonium 3. q. 2. Sanch. l. 5. d. 1. n. 4. Conar.
p. 2. c. 3. §. 2. Plura de conditionibus apud San-
chez toto l. 5.



CAPVT VII.

De petitione, ac redditione con-
iugalibus debiti.

83
Actus con-
iugalibus li-
citus & me-
ritus.

Actus coniugalibus ex se est licitus, fide edo-
cente potestque absque omni culpa exer-
ceri. Quia est actus virtutis iustitiæ, cum reddat-
ur coniugi debitum ex pacto matrimoniali cō-
tractum. Vnde ipse matrimonialis actus in gra-
tia exercitus debitisque vestitus circumstan-

tiis, est meritorius sicut in ceteris bonis actibus
iusti contingit. D. Tho. 2. 2. q. 15. a. 2. Syluest. ibi
Sanch. l. 9. d. 1. n. 2. & 3. Pontil. l. 10. c. 1.

Tenentur sibi inuicem debitum reddere,
aquali iure. 1. Cor. 7. *Vxor viri debitum reddat.* Tenentur
similiter & vxor viro. Ideo equaliter peccant coniuges
vir & femina negantes debitum alteri coniungi quali iure
petenti, siue expresse per verba, siue interpreta-
tione alicuius signi id innuentis expressione. Ne. debitum
gatio autem debiti peccatum est mortale regu-
lariter. Quia lege iustitiæ reddendum est unicui-
quod suum est: corpus verò vxoris est viri, & e-
contra. D. Tho. in 4. dist. 32. q. 1. a. 2. & 3. Syluest.
v. Debitum. Ponti. l. 10. c. 2.

Dantur aliqui casus, quibus coniux debitum
obnegando, mortaliter non delinquit. Primò, si
petatur beneuolè & amicè non tanquam sibi
debitum ex iustitia, sed tanquā amicitia quod-
dam coniugale Symbolum. Secundò, quando
alter renitit, ac frivole petit: aut rogatur facere
acquiescit. Tertiò, si raro coniux abneget debi-
tum, vel si petitur non statim reddatur, sed per
breve aliquod differtur spatium. Similiter si cō-
iux frequentius petat, quam par sit, hæc tamen
intelligo, modo non sit incontinentia pericu-
lum, vel gravis morbi in petente. Nauar. c. 16. n.
24. Henric. l. 1. c. 15. n. 7. Rodrig. in suc. l. 42. Re-
ginal. l. 3. n. 282. Filliuc. tr. 10. c. 9. Diana p. 5. tr.
5. resol. 14. & tr. 14. resol. 36.

Pactum non petendi, nec reddendi debitum
mutuo coniugum assensu initum validum est. *Validum*
Quia nulli irrogatur iniuria: & licet possint esse pactum
coniuges se mutuo voto ad id ligare, ita possunt non peten-
tibus se mutuo voto ad id ligare, ita possunt non peten-
tibus pacti remittere. Quia omnis res per quascum-
que causas nascitur, per easdem dissolvitur: cum in-
gum assensu initum, nec sententia.
Deo sit obligata ea continentia: poterit mutua
voluntate id pactum dissolui. Nauar. c. 12. n. 59.
Henric. l. 1. c. 15. n. 8. Rodrig. tr. 10. l. 1. n. 24. n. 14.
Ast si alter coniux nolit pactum remittere,
sed illi stare, non tenetur alter reddere: quia
non debitum, nam per pactum ius acquisiuit, vt
liber sit ab ea obligatione. Si tamen coniux vi-
deret alterum pacti initum penitere, adeoque ad
venerem propensum esse, vt negata sibi copula,
probabiliter existimet incontinentia maculan-
dum: teneretur reddere nō ex iustitia, sed ex cha-
ritate, ad subueniendum periculo ruinæ coniugis
Elig. Bassæ v. Debitum coniug. l. n. 3.

Præterea excusat a redditione debiti anima
periculum, v. gr. si aliqua circumstantia vsu Ma-
trimonii illicitum redderet. Item excusat vitæ
periculum, vel notabilis infirmitas, quamvis in
coniugete petente incontinentia adesset pericu-
lū. Quia obligatio reddendi debitum, intelligi-
tur, salua sanitate & ordine naturæ, seu salua
subiecti consistentia. Vnde ob hanc causam ex-
cusetur coniux febris laborans, vel statim post
prandium, vel si petens laprosus sit, aut morbo gal-
lico laboret alterque sit sanus, & Medicorū iudi-
cio gravis infectionis adsit periculum; & hoc
intellige, modo ante Matrimonium sanus ne-
cuerit, alterum huiusmodi morbis infectum: nā
si sciuerit, tenetur reddere. Quia per Matrimo-
nij contractum ad hoc se obligant. Itē excusa-
tur femina a reddendo, quæ iudicio Medice-
rum non potest prolem viuam edere, & ex hoc
imminet sibi periculum vitæ ex partus diffi-
cultate. Posset tamen hæc femina reddere de-
bitum.

Secl. I. De Matrim. Essentia. Recep. Sent. 51

bitum, imò & petere ad vitandum in se, vel in coniuge incontinentiæ periculum postposito gravi mortis periculo. quod certum omnino non est. Sanch. l. 9. d. 6. m. 8. Sa v. *Debitum*. n. 15. Reginal. l. 1. n. 283. Sotus in 4. diff. 3. 2. q. 1. d. 1. Bonac. de Matrim. q. 4. p. m. 1. n. 4. Graf. p. 1. l. 1. c. 83. Rodrig. 10. i. sum. c. 242.

Per se loquendo non tenetur coniux debitum reddere alteri coniugi petenti tempore furoris vel ebrietatis. Quia furiosus vel ebrius humano modo non petit. Per accidens autem fieri potest, ut coniux ei reddere teneatur, verbi gratia, si ebrius aliquin expleturus sit libidinem modo illicito. At vir mentis compos peccabit reddendo debitum vxori amanti, cum ad sit periculum abortus, & enecandi foetum in utero, si ipsa concipiat. Si autem vxor sit sui compos, vir autem amens, licebit reddere viro amanti. Quia periculum prolis potest à femina præcaueri. Reginal. l. 1. n. 347. Sa v. *Debitum*. n. 16. Henriq. l. 1. c. 15. n. 10. Sanch. l. 9. d. 23.

A reddendo debito exculatur coniux ex coëundi impotentia. Quia impossibile non est obligatio. Peccatum verò esset mortale, de industria huiusmodi procurare impotentiam. Quia notabile proximo coniunctam habet iniuriã. Hoc autem verum, non tantum cum quis sciens se reddit impotentem modo illicito, ut per crebras pollutiones, aut ad alias accessus, sed etiã cum sciens modo licito, ut per notabilem in vigilis, vel ieiunij, sexcessum. At culpa vacat coniux se bona fide extenuans honestis studiis, & seruans Ecclesiæ ieiunia, aliãve ex deuotione moderata. Quia per hæc efficietur minus potens, non tamen impotens ad reddendum. Vnde maritus iure iustitiæ non tenetur calidis vii, ut potens ad copulam efficiatur: sed sufficit vte impotentem non reddat. Aliquando enim lege charitatis ad id tenebitur, dum sine graui corporeæ salutis detrimento id potest efficere, & vxor graue incontinentiæ periculum patitur, nisi frequentius sibi coniugali copula subueniatur, similiter non licet vxori, ita se abstinentiis & vigiliis dedere, ut deformis, viroque reddatur exosa. Syluest. verb. *Debitum*. 2. Sanchez libr. 9. d. 3. numer. 2. Reginal. libr. 31. numer. 285. Rosella verb. *Debitum*, n. 2. Filliuc tract. 10. numer. 305. Ponti. lib. 10. cap. 2. num. 7. & 8.

Scio, coniuges communi ex consensu posse à copula abstinere, secluso incontinentiæ periculo, ne prolem multiplicent, quam alendo non sunt, ut docent Nauar. c. 16. n. 25. Sanch. l. 9. d. 15. n. 1. Reginal. l. 31. n. 289. Nò tamen eximitur coniux à redditione debiti alteri coniugi petenti, gratia nò multiplicandi prolem. Quia ageret contra finem Matrimonij primarium qui est prolis procreatio. At mortale piaculum non esset ob eam causam debitum abnegare, quando non esset incontinentiæ periculum in altero coniuge. Quia ab aliis iustitiæ debitis perfoluendis excusat incommoditas magna, & difficultas in filiis alendis videtur esse causa sufficiens ad illum excusandum. Diana p. 3. de Sacram. resol. 113. Sa v. *Debitum*, n. 18.

Coniux debitum potest, imò tenetur reddere alteri coniugi illicitè petenti, quãdo in exigente culpa lethalis est non ob aliquam circumstantiam tenentem se ex parte actus, sed ob solã circumstantiam personæ exigentis, v. gr. si maritus. Escob. & Mend. Theol. Moral. To. III. P. II.

lo sine peccato vel ratione voti castitatis, quo est illegitimus. Quia petens cum huiusmodi circumstantia, non amittit ius petendi, quamvis petat illicitè. Tamen quando vitium personale priuat coniugem iure debiti exigendi, tunc alter reddere non tenetur, sed iuste potest denegare. v. gr. si coniux affinitatem contrahat cum tuo coniuge ob copulam cum eius consanguinea habitam: vel cognationem cum eo spirituales. Quia ex quo actor perdit ius petendi, reus habet ius non debendi, negandi, & excipiendi: si verò sit incontinentiæ periculum in coniuge priuato iure petendi ob affinitatem, aut cognationem spirituales: lege charitatis tenetur alter coniux innocens ei incommodo subuenire siue reddendo exigenti, siue petendo. Moneo tamen, coniugem, qui affinitatem, aut spirituales cognationem contrahit, aut voto castitatis illegitur, non posse reddere debitum alteri, nisi quando ex lege iustitiæ reddere aliàs adstringitur. Henriq. l. 1. c. 15. n. 8. Syluest. v. *Matrimonium* 8. q. 15. disto 7. Couar. 4. Decretal. p. 1. c. 7. §. 2. n. 1. Sanch. l. 9. d. 6. m. 8. 13. & 14. Coninch d. 34. n. 18.

Mortale est, debitum reddere, quoties petens lethaliter delinquit ob aliquã ipsius actus coniugalis circumstantiam: & non solum ob solam circumstantiam personæ. v. gr. si petatur debitum in loco Sacro, vel publico, aut cum abortus periculo. Quia sicut petitio afficitur illa praua circumstantia, ita & redditiõ: vtraque enim polluit locum Sacrum, aduerlatur honestati, estque in tertij damnum. Petrus. Soto de tiam.

Matr. l. 16. Sanch. l. 9. d. 6. n. 16.

Debitum abnegandum non est petenti solum cum veniali piaculo siue ob circumstantiam personæ, siue ob circumstantiam actus, illicitè petatur. Quia adest semper ista causa excusans redditionem, videlicet, ne displiceatur petenti, ne oriantur lites, ac discordiæ inter coniuges, & ne priuatur absque culpa iure reddendi. Henriq. libr. 11. cap. 16. numer. 6. Sanchez libr. 9. d. 16. numer. 8. Diana part. 3. de Sacram. resol. 296.

Negare licet coniugale debitum ad vitandum magnum in bonis pecuniariis aut in fama detrimentum: vel ad magnam in illis communitatem acquirendam. Vnde quoties ad familiæ gubernationem, ac rei familiaris necessitatem exigitur coniugis absentia copulæ impeditiua etiam per longum tempus, non debet cenferi impedimentum irrationabile, & illicitum. Nauar. c. 16. n. 32. Sotus in 4. diff. 32. q. 1. a. 3. Sanch. l. 9. d. 4. n. 13.

Qui communem prolem in necessitate baptizauit, vel è Sacro leuauit fonte, quando scilicet non aderat alius qui eam dilueret: potest petere, ac reddere debitum, non obstante spirituali cognatione contracta cum coniuge. Quia æquum non est, ut aliquis subeat pœnã priuationis debiti reddendi ac petendi absque culpa, imò ex eo quod satisfecit obligationi filium diluens ne eternum deperiret. Cap. Ad limina 30. q. 1. Sylui. in supplem. quas. 56. art. 2. Coninch. d. 34. n. 69. Henriq. l. 1. c. 28. Valent. 10. d. 4. q. 2. p. m. 3.

Qui sciens seu ex malitia extrã necessitatem diluit, aut tanquam patrinus in Baptismo, vel Confirmatione tenet communem filium, aut proprium alterius coniugis, priuatur

92 Mortale est: reddere quoties petens mortaliter delinquit ob aliquam ipsius actus coniugalis circumstantiam.

93 Debitum abnegandum non est petenti solum cum veniali piaculo.

94 Negare licet ad vitandum magnum in bonis pecuniariis aut in fama detrimentum.

95 Qui filium in necessitate baptizauit, vel è Sacro leuauit fonte, quando scilicet non aderat alius qui eam dilueret: potest petere, ac reddere debitum, non obstante spirituali cognatione contracta cum coniuge.

96 Priuatur in re pœnã qui ex malitia diluit aut tenet communem filium aut proprium alterius coniugis.

COBAR
Mort
III. IV
IV

natur exigendi debiti potestate tenetur tamen illud reddere. Sanch. lib. 9. d. 26. num. 7. Sa ver. b. *Matrimonij impedimenta*, num. 5. Reginal. l. 31. num. 291.

97
Quicum
coniugis co-
sanguineo
rem habet
petere non
potest, red-
dere tene-
tur.

Coniux, qui contraxit affinitatem cum suo coniuge, adulterando cum eius consanguineo, vel consanguinea, non potest debitum petere, reddere autem tenetur. Hæc autem privatio debiti locum habet quantumvis copula sit occulta ante omnem Iudicis sententiam. Coniux vero, cui debiti petitio interdicta est ratione affinitatis peccat mortaliter petendo, non obtemperando dispensatione. Quia in re gravi Ecclesiæ præcepto contravenit. Henric. lib. 11. cap. 15. num. 11. Candelabrum aureum de Matrimon. 1. part. nu. 97. Diana part. 3. tract. de Sacram. resol. 296. Sylvi. in supplem. quæstion. 58 art. 4. concl. 2. & 3.

98
Impedimen-
tum hoc ex-
tenditur ad
gradum pri-
mum & se-
cundum, non
ultra.

Non impeditur à petitione debiti, qui habuit rem cum femina in tertio, ac quarto gradu cum sua vxore coniuncta, sibi que eodem gradu affine. Quia contrarium iure præscribi probari non potest. Itaque affinitas incestu contracta usque ad secundum solummodo gradum impedit debiti petitionem. Quod etiam fertur Sacram Congregationem declarasse, & merito. Quia affinitas non impedit, nec dirimit Matrimonium, nisi ob copulam ad quam ordinatur; nã est indecens inter affines. Ergo eo ipso quod eiusmodi affinitas restricta est per Tridentinũ, ut non impediat, neque dirimat Matrimonium nisi in primo, & secundo gradu: etiam censetur restricta ut non impediat petitionem copulæ nisi in eisdem gradibus. Unde quamvis petere debitum, sit distinctum à contractu Matrimonij: eo tamen ipso quod affinitas non obstat contractui, neque obstat debiti petitioni. Pontius l. 7. c. 33. citans multos. Sanchez lib. 9. d. 27. num. 14.

99
Vxor non
privatur iure
petendi
si per vim
vel metum
cogitur ad
copulam cum
pariti con-
sanguineo.

Vxor non privatur iure debitum coniugale petendi, quando per vim absolutam, & metum gravem cogitur ad copulam cum consanguineo, viri in primo, vel secundo gradu. Quia æquum non est, ut quæ caret culpa subeat penam privationis debiti petendi. Navar. c. 27. m. 63. & alij.

100
Non priva-
tur iure pe-
tendi con-
iux, qui ex
ignorantia
inuincibili
post coniu-
gium ini-
tum affini-
tatem, vel
spiritualem
cognitionem
cum suo con-
iuge contra-
habet.

Coniux, qui post Matrimonium initum contrahit affinitatem, aut spirituales cognitionem cum suo coniuge ex ignorantia iuris vel facti inuincibili, non privatur iure petendi debiti. Quia iura prohibent debiti petitionem, quando, affinitas, aut spiritualis cognatio scienter est contracta. Imo quamvis quis habeat scientiam legis, & facti, nescit tamen, ex huiusmodi copula cum consanguinea vxoris in primo & secundo gradu confluere privationem iuris petendi debitum ab vxore iure petendi non privatur. Quia ignorantia pœnæ sicut ab incurrenda excommunicatione, irregularitate ex delicto, & aliis Censuris excusat: ita ab incurrenda privatione iuris debitum petendi. Sa v. Debitum, n. 13. Henric. l. 11. c. 15. Suar. 3. p. d. 67. Navar. c. 16. n. 33. & c. 23. n. 47. Sanch. l. 9. d. 32. Diana p. 3. tr. 16. resol. 12.

101
Qui dubi-
tat de sui
coniugij va-
lore non po-
test debitum
petere ante

Qui de sui coniugij valore dubitat, non potest debitum petere ante diligentiam adhibitam in agnitione veritatis assequenda. Quia fieri potest, ut Matrimonium sit invalidum, unde fornicationis se periculo exponeret. Attamen hic tenetur coniugi alteri, petenti debitu reddere, qui de coniugij validitate nõ dubitat. Quia alter est in

possessione, & in hoc sit possidendi conditio. Banes diligentiā 2. i. q. 62. a. 6. dub. 5. R. d. 10. i. sum. c. 2. 2. n. 4. adhibitam, Henric. l. 12. c. 6. n. 5. & 7. Diana p. 4. tr. 3. resol. 15. tenetur 1a.

Et hoc mihi verum quoad redditionem non men red. solum post adhibitam diligentiam ad assequenda. dam veritatem, sed etiam ante illam adhibitam. Quia ex duobus malis minus est eligendum, quando aliquin perplexus quis esset vinculo peccati ad utramque partem, siue agendo siue omittendo agere. At minus malum est, reddere, quam non reddere cum illud opponatur virtuti castitatis, hoc autem iustitia.

Verum qui post adhibitam diligentiam ad assequenda veritatem, adhuc dubius manet. Potest red. de sui coniugij bona fide initi validitate: potest dere, qui non solum reddere, sed etiam petere debitum. Post dilige. Quia coniux adhibita sufficienti diligentia, inuincibili ignorantia laborat, quæ à piaculo ex- bitam adhi- culat: & non obstante dubio speculationis de valo- bus dubius valore Matrimonij, potest practice indicare si- manet. 2. bi illo uti licere, cum pro se stet possessio, si uterque Quando vero uterque coniux dubitat de valo- dubitat, re coniugij bona fide contracti, neuter potest neuter pe- petere, nec reddere ante diligentiam sufficientem adhibitam. Quia uterque se fornicationis nec redde- tem adhibitam. Quia uterque se fornicationis periculo exponeret: post diligentem verò in- re, quisionem uterque potest petere, & reddere. Coninch. d. 34. n. 105. Filiuc. tr. 10. n. 343. Bonac. de Matr. q. 4. pu. 4. n. 6. Valer. 10. 4. d. 10. q. 6. pu. 2.

Qui verò mala fide Matrimonium contraxit, 103 dubitans de aliquo impedimento dirimente, nõ potest petere debitum petere. Quia nullum ad id ius petere, qui acquirit per Matrimonium cum huiusmodi mala fide dubio contractum, cum possessio mala fide in- contraxit, cepta ius non tribuat. Tamen tenetur reddere dubitans de coniugij petenti, qui bona fide contraxit, nec impedimen- dubitat de Matrimonij valore. Quia cum hic ius to dirimen- ad copulam acquisivit, non potest suo iure spo- te- liari ob malam fidem alterius, donec constet, it- ritum esse coniugij. Quando verò coniux uter- que mala fide contraxit, dubius de aliquo im- pedimento dirimente, neuter potest petere, aut reddere. Sanch. l. 2. d. 42. n. 1. Coninch d. 34. n. 101. Henric. l. 12. c. 6. n. 5.

Qui probabiliter opinatur Matrimonium à 104 Quis opina- se bona fide initum, esse nullum, non potest de- tur coniu- bitum petere, sed non opinanti id reddere tene- gium esse- tur. Si tamen pro validitate, & nullitate Mat- mulum, non-rimonij opinionem probabilem coniux habeat, potest petere, & reddere. Quia potest se- res, sed ven- qui opinionem probabilem probabiliori relata- tur reddere- tur reddere. Reginald. l. 31. n. 101. Sanch. l. 2. d. 44. m. 4. ex D. id non opi- Tho. in supplem. q. 5. n. 9. nant.

Non potest petere, nec reddere debitum con- 105 Nec petere- iux, qui moraliter certus est, Matrimonium suu- nec reddere- se nullu. Quia ex parte sua cognoscit coniugem potest qui- alteru pon suu, quod est malu intrinsecu. Et hoc moraliter- verum existimo, quavis Matrimonium contra- certus est, ctum sit bona fide ab altero coniuge, & compellatur ab Ecclesia per excommunicationem, & etiam gravissima sequantur scandala, incom- Matrimo- moda, & vitæ periculũ. Quia cū excommunica- nium est- tio falsa præsuppositione nitatur, corã Deo non li- nullum. gar. Et quia si contrarium assereretur, sequere- tur, fornicationem aliquando esse licitam, vide- licet, propter famæ, vel vitæ periculum. At hoc dicere erroneum est, cum sit mala intrinsecu fornicatio. Coninch d. 34. num. 96. Navar. c. 6. n. 39. Sanch. l. 2. d. 49. n. 5. & 7. Sylvi. in supplem. q. 45. art. 4. quæstion. 5. Scio, Molessum in sum. tom.

Secl. I. De Matrim. Essentia. Recep. Sent. 53

10.1. sum. tr. 4. c. 14. n. 90. & alios asseruisse contra-
riam sententiam probabilitatem habere nempe
femina teneat reddere debitum viro impedi-
mentum dirimens ignorantiam si non reddens per
illum sit occidenda. Quia cum vir bona fide ni-
tatur, vitur iure suo petendo debitum, & illa
fornicatio erit materialis: & mulier magis teneat
non facere alteri aperta iniuriam quam peri-
culum fornicationis materialis vitare. At sen-
tentiam hanc rejicio, quia contrarium definitur
in Cap. Inquisitioni, de sent. excommunic. & illam
erroneam Sanchez citatus merito appellat.

Coniux dubitans de sui Matrimonij valore,
sive post examen, sive antea, non tenetur redde-
re debitum in priori bimestri. Quia alter non
habet ius petendi. Qui autem post bimestre non
dum consummat Matrimonium, & de eius va-
lore dubitat: potest reddere debitum, ne ultra
tempus bimestre signatum à iure, alterum con-
iugem detineat. Quia non tenetur cum tanto
suo detrimento, vel alterius, aut Religionem in-
gredi, nec à redhibitione debiti in dubio abstinere.
unde licite se illi materialis fornicationis pe-
riculo exponit. Valq. 1. 2. d. 66. n. 6. n. 33. Salas 1.
2. ar. 8. d. vni. s. 2. 2. n. 208.



CAPVT VIII.

De debito coniugalit resu.

107
Vt actus matrimonialis non solum sit licit-
us, sed & meritorius, multae conditiones
sunt obseruandae his indicatae versibus:

Sit modus, & finis, sine damno, solue, cohare.

Sit locus, & tempus, tactus, ne spernito votum.

108
Primo Modus requiritur: ex parte enim mo-
di, vel situs congressus coniugalit potest red-
di vitiosus, cum scilicet aduersatur coniux na-
turali concubendi modo, qui si non seruatur
ratio tamen erit mortale piaculum, modo seruatur
vas naturale, & intra illud semen viri recipi va-
leat; plerumque tamen graue veniale est, nisi
aliqua necessitas excuset: Ponti. lib. 10. cap.
1. Tolet. lib. 7. cap. 2. 4. n. 1. Henric. lib. 11. cap.
16. n. 6. Coninch. d. 3. n. 80. Reginal. lib.
31. n. 335. Sanchez lib. 9. d. 16. n. 3. Diaria
part. 1. ar. 4. res. 1. 204.

109
Contingit, coniuges mortaliter peccare, quan-
do vase naturali dimisso, abutuntur, vel abuti
volunt non naturali: Aut procurant voluntari-
am feminis effusionem extra copulae coniuga-
lis vsum legitimum: vel tali modo coeunt, ex
quo sequitur voluntaria extra vas feminis pro-
fusio. Quia tunc impeditur generatio proles.
In reliquis autem, quae coniuges in copula ef-
ficiunt, seruato legitimo vase, culpam venia-
lem non excedunt. Quia generatio minimè im-
peditur. Grat. part. 1. lib. 2. cap. 82. n. 13. Filliuc. tr.
10. n. 329. Sanchez. l. 9. d. 16. Ponti. l. 10. c. 11. n. 7.

110
Secundo Finis asseruandus in vfu Matrimo-
nij. Certè multiplex potest esse per coniuges.
Generatio proles, fuga in continentia, debiti
reddicio, significatio vnionis Christi cum Eccle-
sia, sanitas corporis, delectatio carnalis. Licet
ergo actus coniugalit relatus in bonum pro-
lis, aut in bonum fidei, nempe dum exercetur
Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. III. P. H

gratia proles habenda, aut seruanda fidei alteri
coningi debitum reddendo. Si finis hic in sola
prole sistatur, à culpa veniali immunis non erit.
Quia debet intendi proles ad cultum Dei am-
plificandum: alias enim staretur in creatura, nec
bonum esset Sacramenti. Sufficeret autem ad
meritum, si in ipso actu, vel habitu in Deum re-
feratur. Bonac. de Matr. q. 4. pun. 6. n. 6. Sanch. l.
9. d. 8. n. 2. Reginal. l. 31. n. 336. ex D. Tho. in q.
dist. 11. q. 2. a. 1. ad 1.

Ex circumstantia finis mortalis est coniuga-
lis actus, quando finis ipse est mortalis: vbi vero
est venialis finis culpa erit venialis. Et hoc in-
telligerim de exigente debito malo fine, aut
minus legitimo; reddens enim omni culpa
vacat; quia praua illa circumstantia ex parte so-
lus petentis se tenens, non inficit actum red-
denti debitum ex iustitia. Quando verò finis
extranei, in se tamen liciti, non sunt principalis
intentio, ad quam actus coniugalit referatur, sed
secundarij, & motui applicationis ad concubi-
tum, nulla est culpa. Syluest. v. De vnu. q. 2. D.
Antonin. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 7. Sanch. l. 9. d. 8. n. 11.

Petito debiti causa fornicationis vitanda: in
ipso met petente tunc (quidem, aiunt) à culpa
veniali est immunis, quando, adhibitis aliis me-
dijs, nequit coniux carnis stimulos sedare: secus
quando potest conuenienter alio modo ab in-
continentia abstinere: tunc enim erit veniale.
Scio, hanc limitationem aliquibus non placere,
(de quo Sect. 2.) & merito. Quia valde anxij red-
derentur coniuges, praesertim qui sine spe pro-
lis copulantur, si examinare debeant, num alijs
medijs, verbi gratia, ieiunijs, alijsque corporis
afflictionibus, hae possint incontinentiae mede-
ri, similiter dixerim de petitione debiti ad tuen-
da, aut instauranda valetudinis finem: hae
enim culpa vacat, etiam si proportionata ad-
hunc finem alia media occurrant. Quia nulla
emergere potest inordinatio cum coniux vta-
tur re in se non mala ad effectum honestum, ad
quem naturaliter est proportionata. Henric. l.
11. c. 16. n. 4. Reginal. l. 31. n. 338. Rodrig. 10. 1.
sum. c. 24. n. 15. Laym. l. 5. ar. 10. p. 2. c. 4.

Vltus coniugij ob finem voluptatis tunc est
culpa lethalis, quando voluptas limites Matrimo-
nij excedit; verbi gratia quando coniux ita
voluptate captus ad suum accedit, vt paratus
sit ad accedendum, quamvis suus non ef-
fer. Quia vere gerit animum fornicandi. In
eo tamen accessu, vt sit mortale peccatum, de-
bet adesse actualis illa praua voluntas: & ha-
bitualis ad illum non sufficeret. Quia nullus
habitibus, sed actibus meretur, aut demeretur.
Proinde culpa esset mortalis, si coniux in actu
matrimoniali delectetur in alterius viri, aut
femine cogitatione carnaliter dilectorum.
Quia est delectatio morosa in obiecto mora-
liter malo. Si tamen delectatio in nulla re turpi
esset, sed in sola pulchritudine viri, aut feminae
vt vel sic ad actum coniugalem excitetur: nul-
lam video lethalis culpe suspicionem. Quia de-
lectatio in nullum obiectum turpe fertur, & ad
honestum finem dirigitur. Ab hoc nihilominus
coniuges periculo abstraherem. Syluest. v. De
bitum. q. 2. Sanch. l. 9. d. 17. n. 6.

Accessus ad uxorem causa voluptatis, veniale
non est. Quia libido illa limites Matrimonij non
exceedit, etsi enim actu copula habeatur propter
libidinē, habitu tamen refertur ad coniugij fines,
Cum

111
Quando ex
ne non recto
contrahatur
culpa lethalis
vel venialis.

112
Petito debiti
veniali est immunis,
quando, adhibitis alijs
medijs, nequit coniux
carnis stimulos sedare:
secus quando potest
conuenienter alio modo
ab incontinentia
abstinere: tunc enim
erit veniale.

113
Quando non
excessu Matrimo-
nij ob finem
voluptatis se
culpa lethalis
quando non.

114
Non est ve-
niale ad vxo-
rem accedere
voluptatis
causa si mi-
nus coniugij
exceedantur.

COBAR
Mort
III. IV
IV